

1,1 Reverendissimo, Perillustri, Eximio &
Amplissimo Viro ac Domino

D. CHRISTIANO STEINHEWER

Ss.tæ Theologiæ Doctori ac
publico Professori, Sacri Canonici Ordi-
nis Præmonstratensis Ecclesiæ Steinfel-
densis **ABBATI** ac Prælato Dignissimo
per Provincias Westphaliæ, Iveldiæ, &
Wadegotiæ, Vicario Generali, Archidia-
cono in Comitatibus Schleiden & Reif-
ferscheidt, Domino in Marmagen,
Wehr & Wildenburg &c.

Patrono & Mecænati perquam Gratioſo
inscripta oblata & dedicata.

Reverendissime, Perillustris, Eximie &
Amplissime Domine Mecænas omni
observantia Colende.

Ræsumptionis Notam merito
timerem Reverendissime &
Eximie Domine, quasi alien-
num tibi offerens, quod non
dico debitum, sed summo jure tuum est,
nisi gratiofa, qua singulos excipere soles,
benevolentia timorem dissipasset, fir-
mato igitur diu deliberato consilio Tho-
misticæ Theologiæ studentes præsertim
in Alma Ubiorum Universitate, Religio-
fos onerofo & diuturno labore Tractatus
Theologicos vel dictatos calamo excipi-
endi, vel ab aliis conscriptos describendi,
ex parte exonerandi, tum ut tempus
sæpe satis augustum utilius Lectioni lecto-
rumque meditationi impendi possit; tum
ut materia typo data non tot admittat
errores, quot descripa admittere con-
suevit, non ultrà sollicitus inquisivi, cu-
jus Nomini Volumina, quo magis ab
æmu-

Dedicatio

æmolorum insectationibus immunia forent, inscriberem, ad Te enim, ut eximium Studii Thomistici Promotorem quasi digito monstrans, me direxit sacra Coloniensium Facultas Theologica, quæ ut latius flores suos in scientiis expandereret, sub Te non tantum in album Magistrorum de consilio Regentium relato, verum etiam auctoritate Decanali praesidente viorem & vigorem suum enutrire voluit; direxit me florentissimum in Ubiorum Metropoli S. Norberti Collegium, quod tuum in promovendo studio Theologico zelum tot vivis comprobat argumentis, quod sub tua directione numeravit Alumnos, testes exceptione maiores compello, quotquot ex eodem Te Praeside præclari scientiis ac virtutibus illustres Viri prodierunt, in quo-rundam capitibus fulgentes modo Abbatiales Mitræ, quid de reliquis sit judicandum, abundè testantur. Monuit me etiam laudatissimum Collegium illud Apostoli I. Cor. 9. *Quis plantat vineam, & de fru-*

Dedicatio.

Et tu ejus non edit? quis pascit gregem &
de lacte gregis non manducat? Fructus
enim Vineæ, quam nullis sat præconiis
deprædicandi Antecessores tui plantarunt,
est, quidquid in his Voluminibus pro-
ponitur: Cum inter Candidum sanctissimi
Patriarchæ Norberti gregem ver-
fans vel in charta consignavi, vel oretenuis
tradita didici ea, quæ sine invidiâ com-
munico. Direxit me denique ad Te
Reverendissime Præful fœcunda scientia-
rum & virtutum Parens celeberrima Ab-
batia Steinfeldensis, quæ sub tuo regi-
mine longævo prosperetur ac perennan-
tia capiat incrementa. Numerabat com-
plures, è quæis Dux fieri quilibet aptus
erat. Veruntamen probè cognoscens
tuum in conjungendis cum virtutibus
scientiis ardorem Te sibi delegit in spon-
sum ac nutritum, ut plures scientiarum
& virtutum fœtus edere posset, hæc in-
quam fiduciam firmavit, fore, ut sub
Tuo Patrocinio securissimè in publicum
prodeant Volumina unicè juvandis Re-
ligio-

Dedicatio.

ligiosorum Thomisticis studiis destinata;
fuscipe igitur eā , quā soles, benevolen-
tiā oblata , caque tuo favore dignare, ut
eodem salva quō in plurium utilitatem
cedant , eò plures Vota sua ad Deum
dirigant pro diuturnâ conservatione *Re-*
verendissimae Dignitatis Tuæ in Candidi
Ordinis tui præcipuè concreditæ tibi Ab-
batiæ florem ac totius Ubiorum Uni-
versitatis incrementum in omni corporis
& animi prosperitate

Ità votet Coloniæ 24. Novembris 1733.

Reverendissimæ , Perillustris Eximiae &
Amplissimæ Dignitatis Tuæ

Infimus Cliens

F. Thomas. Schmitz

Benedictinus Brauweilerensis.

Licen-